



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

Feria II. post Pentecosten Paraphrasis in Lectionem Actor. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

Sicut ego quoque in interitu vestroridebo, & subsannabo cum vobis id quod timebatis, euerit. Cum irruerit repetita calamitas & interitus quasi tempestas ingrueat: Quod doveniret super vos tribulatio & angustia. Tunc invocabunt me, & non exaudiem, manu consurgent. & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timore Domini non suscepint. Comedent agitur fructus via sue, & consilijs sui saturabuntur. Quod à nobis auertat clementia Salvatoris nostri Dei. Qui cum Patre & spiritu sancto viuit & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

FERIA II. POST SOLENNITATEM PENTECOSTES Lectio Acto. X.

Aperiens Petrus os suum dixit: *Viri fratres, & patres, nobis precepit Dominus predicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo index viuorum & mortuorum. Hic omnes prophetate testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hac, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illi loquentes linguis, & magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini nostri Iesu Christi.*

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIONEM.

Postquam Apostoli receperunt Spiritum sanctum, augebatur quotidianum numerus, Nam & Cornelius Centurio cum omnibus creditum & familia sua, vocatisq; ad se necessarijs & amicis, ex Ioppe accersit Petrum Apostolum, qui sibi ac suis, iuxta revelationem per angelum sibi factam, viam annunciat salutis. Quod ubi Petrus aduentiens esset facturus, aperiens os suum, dixit: *Viri fratres & patres, nobis precepit Dominus prædicare populo dicens: Euntes in mundum vnuersum, predicate Euangelium omni creature: & testificari, quia ipse est, qui etiam secundum naturam humanam constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Apparens namque post resurrectionem Apostolis Iesus: Data, inquit, est mihi omnis potestas in celo & in terra. Et ante passionem idem de Patre loquens, dicit: Potestatem dedit ei, id est, Filio Pater & iudicium facere, quia Filius hominis est. Neque enim Pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit Filio. Huic Christo Domino omnes Prophetæ qui eundem præcesserunt, testimonium perhibebant hoc, puta, ut omnes qui credunt in ipsum, remissionem accipiant per nomen eius. Hoc, inquit, testimonium adferunt Christo omnes prophetæ credentes vnuersos iustificari per nomen eius, hoc est, per fidem & inuocationem nominis eius. Hæc ita Petro loquente, interim cecidit, id est, subito venit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, hoc est, super*

222 Cor-

Acto. 1. 4.
Acto. 9.
Acto. 16.

Matth. 28.

Ioan. 5.

*Iudei vii. gē-
tiles habue-
rint despe-
ctui.*

*1. Cor. 1.
Baptizati
quoniam fue-
runt in nomi-
ne Christi.
Matth. 28.*

*Ioan. 3.
Numer. 21.*

Cornelium & super illos, quos aduocauerat praesentes. Descedit autem haud dubium in specie aliqua visibili aut sensibili Spiritus sanctus, quamvis in qua descendenter ita specie, sit incertum. Hoc viso obstupecerunt qui ex circumsione erant fideles, qui cum Petro aduenerant, pro admiratione, quod in nationes seu in Gentes gratia quoque Spiritus sancti diffundenderetur, cum abundantia tanta & miraculosa sui ostentatione. Consueverunt enim super Gentes Iudei despicere, tamquam idololatras & homines sine Deo, servos efferre quasi Dei cultores. Quapropter sibi ipsi nimirum haud raro tribuerunt de conuersione sui ad Christum, quasi propter legis observationem a per bona opera in Iudaismo facta, meruerint (quod falsum erat) ad fidem Euangelicam conuersti. Cum itaque parem gratiam viderent effundi in Gentes, qui idolis iam dudum sacrificauerant, stupebant pro admiratione diuinæ benignitatis & largitatis. Audiebant enim & illos loquentes varijs linguis, quomodo in die Pentecostes locuti fuerant Apostoli. Quamobrem, vixi, admirabantur magnificantes Deum. Tunc respondit illis qui ex circumcisione aduenerant admirantibus Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizetur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? Recepérant hi ex gentibus conuersi reuera Spiritum sanctum in signo exteriori, donumq; linguarum sicut Apostoli, licet non in tanta plenitudine, quanta Apostoli: ideo non erant a baptismō proclaudendi, quos spiritus sancto Christus dignatus fuerat. Quapropter Petrus iussit eos baptizari in nomine Domini nostri Iesu Christi. Non baptizabant Apostoli impediti verbo prædicationis, cui magis utilius insistebant, per discipulos suis nostrarum conuersos baptizantes. Hoc namque & Apostolus Paulus fecit, dicent: Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Obserua tamen hic, quod prohibentur baptizari in nomine Domini, hoc est, in nomine Iesu. Quocirca non immerito quis dubitet, cur Apostoli in nomine Iesu baptizauerint, cum illis sit dictum: Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Verum absque dubio putandi sunt Apostoli familiari consilio Spiritus sancti illuminati, ut in principio ad tempus aliquod baptizarent in nomine Iesu, propter gloriam Christi in principio nascentis Ecclesiæ magis exaltandam. Sunt tamen qui hodie hanc ritum baptizandi in nomine Domini Iesu, aut in nomine Iesu, aut Christi dicent non esse baptismum, quamvis alijs alius placeat. Obseruandum quoque est hic Cornelius, & eos qui cum illo erant, Spiritum sanctum receperisse antequam baptizarentur, sicut nimirum purificante corda eorum, & quia parati accinctique erant expectantes baptismum.

*EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM
secunde ferie post solennitatem Pentecostes.*

Ioannis tertio.

Anne verba Evangelij hodierni Christus cum Nicodemo traxit, dixerat: *Sicut Moses exaltavit serpem in deserto, ita exaltari oportet Filiu[m] hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam eternam.* Huius rationem quasi nunc assignaturus, in hæc verba quæ hodie ab initio leguntur Evangelij, continuat: *Sic enim Deus dilexit, &c.* Poterat-

nim obijci in præcedentibus verbis: Cur exaltari oportet Filium hominis,
& cur in illum credi, cum in neminem sit credendum, nisi in Deum? Huic
ut quæstioni fatisfaceret, Christus humiliiter de se loquens, ostendit Filium
hominis non hominem tantum, sed modestè, & quasi clanculum hoc ip-
sum quoque insinuat, ut Filius hominis idem intelligatur, qui & vnigeni-
tus sit Filius Dei, quem Deus dederit ex dilectione, ut in mundi salutem
exaltaretur ad modum serpantis in cruce, ut quisquis fide in illum intu-
ens, ipsum Saluatorem credens non pereat, sed habeat vitam æternam.
Dicit itaque:

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum vnigenitum
daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vi-
tam æternam.

Mundus in triplici accipitur differentia. Est namque mundus, cuius Deus
us creatore est: est mundus, cuius est redemptor: & est mundus, cuius diabo-
lus princeps & rector est. Primo accipitur modo, ubi in Ioanne scriptum est:
In mundo erat, & mundo per ipsum factus est. Hic mundus Dei est semper, nun-
quam diaboli. Secundo modo accipitur: Sic Deus dilexit mundum, &c. ^{Ioan. i.}
Ideo enim quia dilexit, redimere statuit. Est ergo mundus hic fidelium
vnueritas: quod alibi quoque pari modo indicat, dicens: *Panis quem ego
dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et in Apocalypsi: *Factum est regnum huius mû-
ndi Domini & Christi eius qui regnabit in secula seculorum.* Tertius mundus, est,
vnueritas malorum. Huius princeps & rector est diabolus, de quo Christus:
Nunquid inquit, princeps huius mundi cœsiterit foras? De hoc quoque mundo intel-
ligitur, quod Christus dixit: *Non potest mundus odire vos. Me autem odit, quia
ego perhibeo testimonium de eo, quod opera eius mala sunt:* Et illud: *Nolite dilige-
re mundum neque ea que in mundo sunt. Nam si quis diligit mundum, non est chari-
tas Patri in illo.* Itaq; hic secundo accipitur modo, cum dicitur: Sic Deus dile-
xit mundum, id est, vniuersitatem fidelium, ut Filium suum vnigenitum da-
Amore nihil
tet. Vide quanta efficacia verborum. Nihil est quod hominem adeo inuitat, esse validius,
adeo allicit, adeoq; trahit atque amor. Nihil igitur in excitationem nostri
validius, nihil quod accendat nos ad redemandum, posset dici efficacius,
quam, sic Deus dilexit mundum. Sicut Moses exaltavit serpem in deser-
to, ita exaltari in cruce oportet Filium hominis. Quare ô Domine oportet *Isaia 53.*
te exaltari? Quia nolo te perire. Sanguine te meo redimam oporteret. Tu e-
nem vulneratus es peccato & à serpente Iesus. Et ego vulnerabor propter
iniquitates tuas. Alterat propter scelera tua, ut tu meo liuore saneris. Neq;
anim leuis mihi causa est tui salutatio, aut tui perditio. Nolo ergo mortem *Ezech. 18,*
peccatorum: quandoquidem Deus Pater meus, adeo dilexit mundum, ut
Filium suum vnigenitum daret in mortem, ut omnis qui credit in illum,
non pereat, sed habeat vitam æternam.

Hæc, inquam, sunt verba efficacissima Filij, ad excitandum nostrum amo-
rem erga Deum. Nonne vides quæ cura sit Deo de nobis. Quid autem nos
sumus, ut memor sit nostri? Quæ ex nobis aut bonitas aut utilitas ei speran-
da est, ut cogite de nobis? Aut quid illi accedit, si nos salvi fuerimus? Quid
amittit si ab eo recesserimus? Quid vero commodi illi est quod nos dili-

Amari à Deo. git? prorsus nihil. Neque enim ut à nobis quid accipiat nos diligit, sed ut largiatur nobis tam dona sua, quam seipsum, amat nos. Causa iraque qua

re dona & beneficia sua nobis confert, est, quia amat nos. Sed expende quid

fit amari à Deo. Nunquid non permagnum foret, si vel de nobis cogite Deus?

Praclarum habetur, gratissimum atque gloriabundum videtur nobis, nostri esse memoriam apud regem & principem. Quid de Deo sentiendum, cuius tanta est charitas erga nos, ut suum vnigenitum malit dare in mortem, quam nos non liberare à morte? Est autem amor Dei liberalissimus, quia nos amat, nō propter se, sed propter commodum nostrum. Neque sibi amando acquirere aliquid querit, sed quod bonum ipse est, nobis communicare. Porro alia hominibus est amandi ratio Deum. Homo enim amando in suo opere intendit aliquid boni impetrare, quod vel præcipue querit, aut saltem (idq; ordinatè) propter Deum. Sic Deus, inquit, dilexit mundum, hoc est, tam vehementer, tam potenterque dilexit, vt non solum hoc quod grauiissimum, sed etiam quod irrationalib; videbatur, agere. Filium suum vnigenitum dāns in mortem & seruum nequam liberans. Est igitur

Dei amor erga nos magnus, quod quadrisariam potest ostendit. Primo in-

sponce eum, & quis sit qui te diligit, expende. Inuenies enim immensum &

infinitum, nempe Deum. O quam iucundum & gaudiosum est amari à Deo,

& quam nobile ac præstans est in gratia esse Dei Omnipotentis. Secundo li-

queamoris magnitudo diuini ex vilitate amati, hoc est, hominis quin-

quinatus est totus, & amari indignus. Tertio, eius magnitudo manifestatur

ex dono dato, hoc est, ex magnitudine doni. Sic dilexit, inquit, Deus mun-

dum vt vnigenitum suum daret. Quarto, magnitudo diuini amoris appa-

ret ex magnitudine fructus. Hie enim haudquaquam est exiguis, sed ram-

tus, vt ex eius nobis amore proueniat non solum non perire, sed vitam eti-

am habere æternam. Ita enim sequitur: Ut omnis qui credit in ipsum, non

pereat, sed habeat vitam æternam. Obserua quod non dicit: Omnis qui cre-

dit ei, aut qui credit eum. Hoc enim modo multi crediderunt Christo, mul-

ti etiam Christum crediderunt, qui tamen non obtinuerunt vitam æterna.

Hoc etiam modo hæretici credunt Christum fuisse, & sic locutum fuisse.

Credunt etiam Christo, vt omnia quæ dixit, verè locutus sit (hac namque

est hæreticorum fides, quæ eos haudquaquam saluabit, quando quidem ha-

fides per dilectionem non operatur) sed dicit: Ut omnis qui credit in ipsum,

non pereat. Aliud namque est ipsum aut ipsi credere, aliud in ipsum credere.

In ipsum credere, non solum fides, sed est etiam cum fide motus chari-

tatis in Deum. In Christum itaque credit, qui charitatem habet. Est itaque

credere in Deum, quasi credendo tendere in Deum.

Non enim misit Deus Filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Lucas 9. Non ad hoc Iesus in primo v. nit aduentu, vt peccato nos obrutus oppri-

meret, sed venit filius hominis querere & saluum facere quod perierat. I-

circo dictus est Saluator mundi, vt mundum saluet. Quantum in medico est,

venit sanare ægrotos. Tu igitur te ipsum interimes, si præcepta seruare non

vis medici. Christus venit ad salutem omnium. Si tu saluari cupis, asperga

verbis

Augustin.

Galat. 5.

**Credere in
Deum quid sit.**

Lucas 9.

Augustin.

verbis Christi. *Sicut inquit, ad vitam ingredi, serua mandata.* In tuo nunc est arbitrio, si velis saluus fieri. Omnia tibi parata sunt remedia salutis, modo illis vii volueris. Hæc si neglexeris, non habes, quod conqueraris, nisi contra te ipsum.

Qui credit in eum, non iudicatur.

Qui credit in Christum, hic ex fide iam habet unde sit saluus. Credit enim quod paulo ante Christus præmonuit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, & festinat renasci.* Non igitur iudicabitur ad condemnationem. Iudicantur tamen hic omnes iudicio discretionis. Discernitur enim hic inter bonos, meliores, & optimos: discernitur quoque inter bonos & malos & pessimos. Hic tamen qui credit in Christum, non iudicabitur, id est, non condemnabitur. Quamdiu enim credit in eum, fidem habet charitatem viventem, ut eius in quem credit & optet honorem, & *Ioan. 5.* velit voluntatem. Quamdiu ergo hoc modo credit in eum, certum est, ut alibi dicunt, in iudicium eum non venire, sed transire a morte ad vitam. Hæc omnia de fide viua & formata, quæ per dilectionem operatur, intelliguntur. *Galat. 5.*

Qui autem non credit in eum, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei.

Nondum apparuit iudicium, & iam factum est iudicium, quia qui non credit in eum hic iam habet in se causam, quare damnandus sit. Circumferit enim, ut dici solet, sicut sur funem in collo secum suæ damnationis causam, quia non credit in nomine Filij Dei. Sicut Adam eodem die quo comedidit de ligno prohibito, mortuus est, hoc est, morti deputatus, iuxta illud: *In quaunque hora comedebitis morte moriemini,* sic is qui non credit in Christum, iudicatus est, id est, iudicio damnationis deputatus, quia non credit in nomine Filij Dei, in quo solo est salus. Itaque iudicatum esse, est iuxta sua demerita in presentiarum damnationis reum esse. Nouit enim Dominus qui sunt eius, hoc est, eos qui ad se pertinent. Nouit modo qui pertineant ad coronam, *2. Tim. 2.* nouit etiam qui permaneant ad flammarum. Satis, inquit, iam iudicatus est, qui in hac vita nunquam habuit unde portuisset saluari. Qui enim fidem non haberet, nunquam salutis portam intravit. Nunquam accipit unde illi spes foret salutis. Manifestam indubitateamque igitur habet rationem damnationis, utpote in qua natus est, quam nunquam insuper exuit. Huius autem est causa, quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei, in quod si semel credidisset, consortem se æternæ fecisset salutis. In hoc enim solo nomine est salus. *Neque enim datum est sub calo nomen aliud hominibus, in quo oporteat nisi saluus fieri.* Si hic obiciatur de parvulis baptizatis ante rationis usum, necdum ad credendum idoneis quia non crediderunt. Nunquid ergo licet baptizati sint, non erunt saluvi? Erunt. Virtus enim sacramenti & fides, responsionesque offerentium, quæ ipsorum nomine fiunt, saluabit eos: unde in numero *Aucto. 4.* computantur credentium. Si enim alienum peccatum, puta Adæ, sufficerebat eis, cum nondum nati, nec ad peccandum idonei essent, ad damnationem, quomodo non etiam aliena fides, quamdiu ad credendum nondum sunt apti, eis prodebet ad salutem?

222. 3.

Sciendum

Fides in pueris baptizatis qui exiguntur.

Sciendum præterea, & aliter hac verba possit intelligi. Si quidem cum Dominus dicat: Qui autem non credit, iam iudicatus est, dicit semel eum iudicatum. Vbi? In Patre suo, in primo peccatore antecessore suo. Quando enim ille iudicatus, & è paradiſo electus est, tunc etiam in illo omnes sunt iudicati, qui sunt de semine eius. Quicunque igitur in eo, hoc est, in Adam expulſus est, nisi credat in nomine Filii Dei, nisi credat vel itaque renunci dempta ex aqua & Spiritu sancto, expulſus & iudicatus manebit in æternum fonte. Quicunque autem sic non credens, expulſus, & in generali massa iudicatur est, non propterea minus iudicabitur in sua etiam persona. Quia sicut non dicitur est: Qui credit in eum non est iudicatus, sed non iudicabitur. Iudicatus enim semel est, dum esset in lumbis Adæ patris sui, sententia illa generali. At ubi credit postea, vbi fuerit baptizatus, non iudicabitur in sua persona, quia credit in nomine Filii Dei. Sic etiam non dicit: Qui non credit, iudicabitur, sed iudicatus est. Itaque qui non credit, iudicatus est in massa generali, & iudicabitur nihilominus in sua persona de perfidia sua, hoc est, de reproba omni vita sua. Quamdiu enim in eo est perfidia, quamdiu in eo non est fides, peccata eius omnia sunt super eum: pro quibus eum iudicari oportet.

Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera.

Hec est, inquit, ratio iudicij, vel inde apparet iustitia, quod infideles & impij merito iudicabuntur, quia inexcusabiles sunt, & illorum damnatio iusta est. Venit enim lux in mundum. & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Nequo per ignorantiam se potest excusare, quia lux venit in mundum omnibus lucens, & viam veritatis docens. Præcesserunt luminaria multa verbo & vita lucientia, atque mundo, ut suam nuditatem vilitatem agnosceret, saudarent. Prædicabant ut suum resumerent homines vestimenta, suumque ornatum. Multi enim iusti ante legem & sub lege Christum præcesserunt, qui satagebant populum in viam veritatis & in Dei veri cognitionem cultumque reducere. At dilexerunt homines tenebras magis quam lucem: imo & iuxta parabolam Euangelicam, quosdam eorum percusserunt, quosdam lapidauerunt, & quosdam occiderunt, tandem lux ipsa Christus venit. Dicbat enim Pater: Verebuntur Filium meum. Venit hinc Christus. Prædicavit mundo penitentiam, prædicavit regnum cœlorum, vocauit eos ad suauum iugum amoris, & onus suum leue (quod suis imponere solet) amplexandum. **H**ierusalem inquit, qui erit prophetas. & lapidat eos qui ad te veniunt. **Q**uoies vero congregatae filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas & nelus. Quare prophetas, quare antiquos iustos, quare Christum audire, ad eundemque se convertere noluerunt! Quia dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Peccata tenebras vocat, vel quia ad æternas tenebras autorem suum perducunt, vel quia in peccatis viventes tenebras, hoc est, latere cupiunt. Malè enim operantes in occulto sua explorare desideria querunt. Est autem minus excusabile, dum quis in lucis præsenti, dum lucis habere potest copiam, vult hærere in tenebris, quod tolerabilius so-

Ioan. 3.

Rom. 3.

Ioan. 14.

Marc. 12.

Marc. 1.

Marc. 6.

Marc. 11.

Marc. 12.

Peccata cur
vocantur te-
nebras.

rei luce absente. Quamobrem major hic appetet hominis ingratitudo, Psalm. 96.
quandoquidem lux orta est ei. Venit lux in mundum omnem illuminare Ioan. 3.
hominem. Venit medicus sanare omnes. Occurrerunt nonnulli sese infir-
mos agnoscentes, cupientes ab infirmitatibus suis liberari. Alii impugna-
uerunt etiam medicum, restiterunt medico, noluerunt ab eo sanari: Recede, Job. 2.
inquiunt, à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Et hoc ideo, quia dilexerunt
homines magis tenebras, quam lucem. Hoc Simeon quoque olim vir iustus
futurum de infante prophetauit Christo: Ecce, inquiens, hic positus est in rui-
nam, & in resurrectionem multorum in Is. ael. Venit ut filios suos colligeret, se-
men puta Abraham. Venit etiam omnibus generaliter, quia volebat saluum
facere omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed multi sua mali-
zia abundantes occasionem sibi sumpserunt ruine: multi etiam de peccatis
suis resurrexerunt. Erant enim eorum mala opera.

Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lu-
cem, ut non arguantur opera eius.

Qui enim vult esse in tenebris, quomodo potest non odiisse lucem? Qui ma-
lus & iniquus dedita etiam ad hoc opera esse cupit, illi non ostendis, quas
ignoret tenebras. Sunt enim eius mala non solum opera, verum etiam
studia. Sed dicas: Quorum non erant, dum Christus venit, mala opera? Non-
ne ideo Christus venit, ut nos ab operibus liberaretur malis? Quomodo ergo
iudicandi sunt quorum opera erant mala, si ferè omnium erant mala? Quis
enim mundum se gloriabitur habere cor? Erant sane opera mala. Verum cū Pron. 20.
ita ères haberet, quidam tamen horum sua opera mala voluerunt abscon-
dere, maluerunt in tenebris esse, noluerunt opera sua mala deserere: ideo
non venerunt ad lucem, ne eorum opera arguerentur. Alii sua opera mala
detestati sunt, planixerunt, scilicet cupiebant ab his liberari. Requirebant me-
dicum, eius curæ se subdividerunt. Hi nimis venerunt ad lucem, quoniam
peccata sua damnare non modica est pars iustitiae.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem: ut manifesten-
tur opera eius, quia in Deo facta sunt.

Quomodo, inquis, in homine pœnitente opera in Deo sunt facta? Nem-
pe ideo, quia cum Deo iam sentiens, sua opera mala cum Deo damnat, odit
& persequitur. Damnare namque, odire, persequi corrigerèq; peccata sua, Opera sua fa-
ctum opus facere in Deo & cum Deo. Qui enī huiusmodi sunt, hi illuminati
sunt, quia venerunt ad lucem: hi curati sunt, quia obtemperarunt medico. ceteris in Deo
Hij, inquam, quia volebant facere veritatem, odientes iniquitatem & men-
daciūm, venerunt ad lucem. Neque enim erubuerunt opera sua quæ volue-
runt esse manifesta, quia in Deo sunt facta. Det nobis filij p̄iissimus Iesu
cognoscere vilitatem nostram, iniquitatem nostram, deformitatem no-
stram, detq; nobis esdem reformare, atque ad cultum suū voluntati acce-
ptissimum reducere, ut in eius luce tota die ambulemus, qui est benedictus
in secula, Amen.

SERMO



SERMO DE EADEM FERIA.

Quomodo Christus nobis sit lux.

LVX venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; Ioannis III. Cum Dominus noster Iesus Christus ante dixisset, Filium hominis non venisse in hunc mundum ut iudicaret mundum, sed ut mundus per ipsum saluaretur, voluit in hoc omnibus spem venia prarogare, eosque ad se inuitare, qui peccatis erant onerati. Erant enim omnes peccatores. Qui ut auderent ad Christum accedere, necessarium erat vi illius finum aperire pietatis. Necessarium erat, ut sese Patrem, consolatorem, Salvatoremque promitteret, non iudicem. Si enim mundum venisset iudicare, quis reus nisi compulsus accederet iudicem? *Si iniquitates observauerit Domine, Domine quis sustinet?* Primum ergo hunc suum aduentum ad nos misericordia confitetur esse ad nos liberandos a peccatis, ad salvandos nos, & sibi in filios adoptandos. Quapropter ne quispiam timeret propter peccatum Christum accedere, veniam desiderantibus singulis libenter donavit, qui (ut dixi) non venerat iudicari mundum, sed mundo misereri. Quod vero in secundo aduento iudicabit nos, hoc erit propter nostram ingratiitudinem, quia cum gratiam suam & nostrorum peccatorum remissionem vobis nobis ante obtulerit, hanc spem in nobis accipere, & beneficia eius, predicationes, labores, vigilias, passiones, reliquaque nostrae redemptiois opera omnia nobis per contemptum seu negligentiam nostram inutilia fecimus. Ideo in Euangelio hodierno dicit: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, id est, propterea homines iudicabuntur, & hoc ab eis requiretur, quod lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Ego quidem nunc venio, non intendo in iudicium homines adducere, sed eos a peccatis eximere & liberare. Venite ad me omnes qui laborans desiderijs vestris & concupiscentijs. Venite omnes qui peccatorum grandelitis mole onerati, & ego reficiam vos. Saluabo vos & liberabo, iam nolite timere. Quoniam in mundo sum, lux sum mundi. Ambulate dum lucem habetis. Ego vos doctro, ego ducam, ego protegam, ne tenebrae vos comprehendant. Verum, si contemnitis nunc gratiam quae vobis offeritur, dehinc iudicabimini, quod lux venerit vobis, sed vos magis amatis tenebras, quam lucem. Lux venit in mundum. Christus est lux, sicut scriptum est: *Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Est quidam lux illuminata, & est lux alia illuminans. Apostolis quoque Christus dixit: *Vos etsi lux mundi.* Erant quidem Apostoli lux, per quos etiam Christus luceret in cordibus nostris: sed erant lux illuminata a Christo. Christus autem dicitur vera lux, quae non habet ex accidenti seu ab alieno, sed ex seipso, ut luceat. Itaque Christus lux est mundi multipliciter. Primum lux est mundo sua eruditio. Docuit enim nos mundum & carnis delitias spernere, docuit humiles & mites nos esse, docuit eos qui nos derunt, diligere. Et quid est, quod ad salutem nostram pertinens non docuit? Eius igitur eruditio nobis lux est, qua videamus, quid vivere sit nobis caendum, & quid sit amplectendum. Est etiam viviendo atque patiente nobis lux Christus.

Ioan. 3.

Psalm. 129.

Christus quomo^ddo qui-
busq; sit lux.

Matth. 11.

Zechs. 8.
Ioan. 12.

Ioan. 1.

Lux ve*s*ie du-
plex.

Matth. 5.

Ioan. 1.
Christus vti
nobis lux sit
multiplex mo-
dis.

Matth. 16.

Marc. 8.

Lucas 9.

Matth. 11.

Lucas 6.

Christus. Nam infans dum hunc ingredetur mundum, quæ nobis mox
orta lux est? Dum enim diuersorio excluditur, dum nascitur in stabulo, dum ^{Lucz 2.}
ante iumentorum ponitur ora, dum pannis inuoluitur, dum denique om-
nia haec carnis incommoda, & ea quæ sunt carni molestiora elegit, nonne
eius paupertas, humilitas, patientia & simplicitas hic nobis lux est? Nonne
in nobis interim reprehenditur ostentatio, auaritia, superbia, voluptas seu
carnis delitiae? Si igitur omnia hic aspera Christus tenerimus infans su-
stinxit, Christi interea seruus nunquid delicias & gloriam queret? Itaque
luce sua quid amandum, quid respuendum sit, Christus docuit. Debet enim <sup>1. Cor. 4.
& II.</sup>
membrum corporis suo conformari capiti. Quapropter ^{Ephes. 5.} vbique Paulus
clamans ad Christi imitationem nos inuitare contendit. Christus quoque <sup>Philip. 4.
ipse lux nostra: Qui sequitur me, inquit, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen <sup>Ioan. 3.
vita. Quia ego eius qui me vult imitari, dux sum & legifer, idem sum ei-lux <sup>Ioan. 4.
Titum 2.</sup></sup></sup>

& via, & veritas, & vita. Est præterea Christus lux nobis lucens in sacra scri-
piutra erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie
& pie & iuste viuamus in hoc seculo. Inde enim nos erudiens, quibus datum
non est tempore Christi viuere, ad nos tamen in sacra scriptura eius tam
gesta quam verba peruererunt. Haec nobis lux sunt, qua ad Dei instrui-
munt voluntatem. Haec lux contraria est concupiscentijs nostris, & aduer-
satur carnalibus nostris desiderijs: roboret autem spiritum. Vnde scriptum
est: Concordacum aduersario tuo quamdiu es in via. Sacra scriptura, siue Dei ver-
bum contrarium (vt dixi) est vbique carnalibus concupiscentijs nostris. <sup>Matth. 5.
Aduersarius postea cum quo</sup>
Nosecum sumus auari, at Dei verbum præcipit largiri & misereri. Nossu-
perbi sumus, Dei verbum nobis mandat humiliari. Nos irascimur & inui-
demus fratri, verbum Dei præcipit reconciliari, iubet sine causa non irasci, ^{beamus quis}
iubet offendientibus iniuriam dimitti. Vide ergo vbi senseris scripturam ^{sit.}
Sacram tuis peccatis, tuisque desiderijs malis aduersari, hic intellige lucem <sup>Matth. 5.
Lucz 4.</sup>
tibi esse sacram scripturam, quæ tibi peccata tua, quæ tibi vitia corrigenda <sup>Matth. 5.
Matth. 6. 13.</sup>
ostendat. Quapropter tibi in hac re aduersaria est, quia optarest tuis deside-^{Lucz 11.}
rijs potiri, ipsa id prohibente. Huic in via, hoc est, in hac vita te concorda-
re reportet, nisi cum viæ finis aduenerit, ab eodem aduersario tuo, hoc est,
declaimante tibi sacra scriptura accusari (te enim in propria tua consciencie
accusat, quia in via sibi non concordasti) & a iudice damnari, in tarce-^{Matth. 5.}
rem coniici, subire quæ supplicium malueris. Dixi igitur sacram scriptu-
ram tibi esse lucem, aut in sacra scriptura Christum tibi loquentem esse
ducem verum, ut Christus loquitur: Dilexerunt homines magis tenebras, quam ^{Ioan. 3.}
lucem. Oculis lippis certè lux est odiosa, & prauis mentibus odiosa est veri-
tas. Proinde Phariseis Christus dicit: Qui ex Deo est, verba Dei auit: ideo vos ^{Ioan. 3.}
non auditis, quia ex Deo non es. Hoc quid aliud erat dicere, quam si dixisset:
Vos ideo non venitis ad lucem, quia magis diligitis tenebras vestras, quam
lucem? Tertio, est Christus nobis lux, quæ nobis lucet, quæ nos dirigit
ac docet per sanctam inspirationem. Nemo est qui non sentit se multoties inspiratione
illorum argui intus in mente. Hi autem potissimum diuinam recipiunt diuinam qui-
nam recipi inspirationem, qui libenter instinctui huiusmodi diuino acquiescent. Sunt autem
enim grati Deo, & eius non contemnunt vocem. Sic David: Audiam, inquit, Psalm 84.
quid loquatur in me Dominus Deus. Et Samuel: Loquere, inquit, Domine, quia au-^{1. Reg. 3.}
dit ser-

bbb dit ser-

dit seruum tuum. Deus itaque eos qui huiusmodi sunt, sua continua dignitatem locutione interna, qua efficiuntur meliores. At vero hi, qui inspirations sacras negligunt, & nonnunquam dedita opera illis resistunt, hoc est, quod ex harum admonitione, vbi se sentiunt tristari aut turbari, alienas peregrinasque studiose querunt consolations, ut timoris quem ex infinitibus huiusmodi, & ex reprehensione spiritus sancti contraxerunt, tristitia salutaris obliuiscantur. (Volunt enim hic latet possidere dies, & abscondit tristitia quacunque) Vnde non solum ad quod diuinus monentur, id non faciunt, sed etiam admonitiones ipsas nolunt. Hoc quid aliud quod sit, quam spiritui gratiae contumeliam facere? Habemus hoc ex verbis Christi, cum de missione Spiritus sancti Apostolus loqueretur: *Cum veniret, inquit, spiritus ille veritatis, ille arguit mandatum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Arguit r. uera & per seipsum intus homini in mente loquens, & per hominem fortis erudiens. Verum filij huius seculi, quomodo dicit Christus, magis diligunt tenebras, quam lucem.*

Ioan. 14.
Per homines
vt Christus
nos instruat.
Ioan. 15.
Inspiratio-
num diuina-
rum negle-
ctores quid
periculi inci-
dant.
Hebr. 10.

Quarto, lux est nobis Christus in omni homine, qui veritatem docet. Christus enim veritas est. Et quisquis siue doctorum, siue prælatorum, aut bonorum fuerit amicorum, qui nobis veritatem dicit, hic lucem nobis ostendit, qua videamus quomodo si nobis in Dei itinere ambulandum. Libenter sufferamus igitur correptiones ab hominibus, quocunqueriam animo illi nobis nostras infirmitates ostendunt, aut defectus objeiciunt, quia expedit nobis (tametsi tristes interdum audiamus) ut qui nos oculis nostris intueri nolumus, nos ab alijs monstrari nobis. Vnde conqueitate veniat correptio, à quoconque veritatem audieris, Christum tibi loquenter intellige. Conuerte te ad lucem, exhibe huiusmodi vultum loquenti, ut gaudeat de suæ exhortationis fructu. Fac ita gratias agas illi, ut cum denuo quid in salutem tibi fuerit dicendum, non timeat te grauare latram, memor quod prioris exhortationis charitatem à se animo candido rulenti. Noli te corrigit exhibere eum qui tenebras suas diligit, qui in tenebris manere instituerit, aut qui tenebras etiam suas propugnet. Hoc enim impie satis nonnulli faciunt, non solum inter mundanos, sed etiam in monasterijs, aut inter alios in congregatione bonos viventes (quod minimus est salutis indicium) Hoc namque modo nonnulli vivunt, ut eorum vita omnibus sit fastidio, omnibus iuctui, omnibus molestia: tolerantiam: tametsi propter generale vitandum scandalum, aut pro tutam conscientia prælati, necesse sit quandoque eos obiurgari. Quod tamen vis factum fuerit, nullo possunt placari sermone. Tenebras enim suis defendunt, & eos qui se auocare ab his contendunt, odiunt atque persequuntur. Officium charitatis, hoc est, monitionem sui, odium & persecutionem clamant: quo sit, ut aliquando eos sit necesse omnino relinques eis, ne deteriores sint. Heu bone Iesu, quis hos à tenebris extrahet? Quoniam verum est quod in hodierno Euangeliō Christus subiungit: *Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius?* De his enim loquitur qui lucem odiunt, qui tenebras amant sicut, & in proposito perseverant peccandi: non de his qui aliquando oderunt veritatem, & peccauerunt, modo vero saniori vivere instituerunt mente, &

Ioan. 14.
Correptiones
libenter
gratianturque
esse suscip-
endas.

Tenebras su-
as amantes
qui sunt.

Ioan. 15.

seipso corrigunt. Vnde de illis quoque Apostolus dicit: *Omnis enim peccatum est contra gloriam Dei.* Omnis igitur, non qui per ignorantiam aut per infirmitatem labitur, sed qui studiose perseveranterque & diligit & defendit iniquitatem, odit lucem. Hanc quamdiu oderit, non est possibile eum inter adoptionis diuinorum filios numerari. Ceterum, qui facit, inquit, veritatem venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Rom. 3.

Qui facit veritatem, hoc est, qui cum Deo sentit, & se ipsum iudicat, odiens veritatem in se ipso iniquitatem suam, & condelectans legi iuxta interiorum hominum facere quidem, ille venit ad lucem. Quamvis enim aliam videat legem in membris suis, repugnantem legi mentis suae, captiuumque ducentem se in lege peccati, quae est in membris suis, ingemiscit tamen & clamat, confitetur quae suam miseriam, & plangens se dicit: *In felix ego homo, qui me liberabit de corpore mortali huius!* In hoc autem cum Deo sentit ac facit, quia Deus odit peccatum & damnat. Proinde si iam homo suum quoque peccatum oderit damnaueritque Deo consentit, facitque idem cum Deo: & venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia cum Deo sunt facta. Quando peccabat, quando scortabatur, quando fraudabat innocentes, quando commissationibus vacabat, faciebat opera mala sine Deo, imo & contra Deum. Quamdiu itaque sic illi placuit agere, odio habuit lucem, quae illi peccata sua ostendebat, amavitque tenebras. Porro, ubi ipse quoque cooperit detestari peccata sua, cooperit daminare, plangere & perseguiri in se malum, iam cum Deo facit, iam non erubescit venire ad lucem, ut manifestentur opera eius. Hoc est, non timerit manifestari opera sua, quantum ex natura est operum, licet fortasse optet latere ex humilitate ad gloriae humanae tentationem declinandam. Videris charissimi, quam benignè Dominus loquitur nobis, promittens nihil id nobis nocere posse, si etiam peccauerimus Domino, modo non diligamus peccata nostra, modo non defendamus, non abscondamus, sed confiteamur, pro hisque ingemiscamus ad Deum, illaque non iteranda proponamus. Quis iam in peccato filij est vestrum constitutus, qui nolit relinquere peccatum suum, qui nolit ad lucem venire, ubi peccati sui grauitas sibi ostendatur? Quisquis is est, quantam putatis habet amaritudinem in conscientia sua, & nullam pacem? Teneret eum captiuum diabolus, teneret præterea adeo à peccato captiuus, ut iam sibi videatur non posse peccatum deserere. Viderisne quam miserrima, & multo omnium sit infelicitas capiuitas, quam rodit, & etiam nolens impugnat conscientia ait misericordia? Vult peccator aut potius velle se purgare abstinere à peccato, & non potest. Scit sibi deberi infernum, scit ad gehennam ignis infernalis se properare, nec tamen sibi fræna potest imponere. Qui ergo uno sic est peccato retentus, mox nisi per poenitentiam resurgat, ad aliud coniicitur peccatum. Iam enim vixus est à diabolo, iam succumbit & succubuit hosti, factus est in eius potestate, adeo ut nolito sit, quam olim erat ante peccatum, infirmior. Videbisne modo, quam noceat vel uno peccato teneri, quod occasio sit multorum? Quanto enim sepius iteratur, tanto vitatur difficultius, adeo ut aliquando desperantes huiusmodi dicant: Non possum abstinerere, non possum relinquere, quâuis hoc sit falsum. Omnia enim peccata Dei auxilio vivari possunt.

Rom. 7.

Lucem odi-
entes quae
sunt.

Semper

Peccati cap-
tivitas quam
sit miseri-
cordia.

Peccata om-
nia posse vi-
tari per diui-
num auxiliū.

b b b 2

Semper etiam præsens est homini diuinum auxilium. At ideo non possumus quia non satis volunt. Vellent quidem à concupiscentia se fore liberos, vellent à se tolli tentationem resistendiq; labore, & omnia irritamenta, omnesque extingui in se inclinations percuperent, vt absque suo conatu Deus illos ficeret bonos, hoc est, vt suo conatu nihil cooperante, nihil aucto suo tolerante, infunderent sibi virtutes & Dei dona, optarent. Nolunt enim fibijpsis vim aliquam inferre (vt scriptura monet: Regum datur vim patitur, & violenti rapunt illud). Nolunt pugnandi molestiam sentire, nolunt contra se dimicare, nolunt denique peccati illecebra carere: ideo gratia obicem ponunt.

Matth. 11.

Iustificari ne-
minem posse
nisi volunt.

Iosaphat.

Deus enim, et si posse, non tamen, nisi tu quoque velis tibi auferri, tolle peccata tua. Neminem de communi lege sua contra voluntatem ipsius iustificat. Quare enim animam, potentias, vires, mentem, intellectum, memoriāque tibi dedit, quare alia tam multa remedia tibi contra peccatum prouidit, nisi vt donis his tibi collatis contra peccatum vitaris, & non eadem negligas dona, nec eisdem ad conditoris contumeliam vitaris? Vnde ergo intellectu, industria, viribusque tuis iam tibi datis, factib; confitent voluntatem à peccato recedendi. Spera diuinum auxilium, applicares & labore indefessò obfisse peccato, quasi illud expugnaturus, reueratum Deum maximè inuocans, in eius misericordia confidens: & videbit certissimum (si tamen perseveraueris, nec à studio hoc, licet fortasse inter labaris, desisteris) super te auxilium diuinum, vt quod non poneras, aut non posse existimaueras, iam in Deo & cum Deo possis. Scito prætore, cum qui peccat, seruum esse peccati, efficique peccato tributarium & miseratio, cum obligari, à quo vestigia suum hostis improbus exigat. Quapropter cum unum sit peccatum causa posteriorum, sicutque de uno peccato trahunt in aliud, noli tu morari in peccato vel vno: sed ubi cecideris, quam primum te discute, te ipsum damna, plange, confitere, & peccati hoc iugum ab humeris tuis excute, Deoq; reconciliare, vt contra tentationum insulitus, quando redierint, non vt miser, imbellis atque captiuus te ipsum non defendas, sed ut miles impiger & Dei virtute armatus, Dei gratia fretus, atque super eius fortitudine nitens hostem inuadas, sternas, contemnas, atque foras exirras nimis tuae claustrum detineas, gratia Dei & Domini nostri Iesu Christi semper protectus, qui est benedictus in secula, Amen..

FERIA TERTIA POST SOLENNITATEM Pentecostes, Lectio Acto: VIII.

Ndiebus illis, Cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, qui receperissent Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum. Non dum enim in quenquam illorum conseruavat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum..

PARV